

Obis
tutionem et Evictionem omnimodam occasione praedictorum ab omni impedimen-
to iudicio quorumvis personarum propinquarum et remotarum et praecipue
a praedicta concessa sua toto tempore tenentis eiusmodi causet
Sub radio simili aliorum viginti florenorum poterit in defectu Evictio-
nis seu praedicta possessionis ad solvendum inenimabiliter succumben-
do. Et coram officio praesenti peremptoria responsione ac satisfactio-
ne omnibus in unum universum iuris remedijs et defensis legalibusq;
impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores
vbi abeundo et abrenunciando. Sub amissione sua et suorum
successorum totius et integrae causae.

Porosla Woistany

Cessio

Coram officio et iudice praesentibus Castrensibus Capitaneis Brancensibus personali-
ter comparens nobilis Gregorius olim Alberti Poroski sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere recognovit Quia nobili Jacobo olim Andreae
Poroski de Porosla Woistany huius et ipsius Ignis successoribus de omni
et integro iure suo seu Inscriptione certa super bona Porosla Woistany
sibi recognoscenti per nobilem Stanislaum olim Joannis Poroski coram iudice
praesentibus feria quarta post Dominicam Misericordiae proxima Anno Do-
mini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo quinto modo perpetua do-
nationis facta et recognita cum omnimoda potestate cuiusmodi Inscr-
ptionis sua ac parata Intransmissione possessione tuitione Evictio-
ne et ligamentis in originali Inscriptione contentis omnibus in ge-
nere et singulis in specie utilitatibus vrbibus fructibus redditibus at-
tinentijs et pertinentijs accepta sua pro praedictis sufficienti sa-
tisfactione cedit et condescendit omneq; et integrum ius sui bene-
ficii sibi ad praedicta veniens in personam eius et ipsius succes-
sorum plenarie et ex integro transfert et transfundit Intransmis-
sionem illi iam ex parte realem cum actuali ac pacifica possessione
per Ministerialem Regni Generalem et nobiles duos quem et
quos facilius sibi ad id negotium expediendum conducere po-
teat in bona superscripta modo cessionis infrascripta officio
se acceptandam admittendo.